



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Legia Catholica**

**Roberti, Johannes**

**Leodii, 1633**

8. Amplitudo, & Maiestas Ecclesiæ Leodiensis, maximè Cathedralis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

vt Amandus, Remaclus, Theodardus, LAMBERTVS.

8. *Amplitudo, & Maiestas  
Ecclesie Leodiensis, ma-  
ximè Cathedralis.*

NEGARI non potest, alias quoque esse Ecclesias, in quibus Clerici, atque Monachi magnificè floruerint, & floreat. Sed ausim dicere, extra Romanam, paucas esse, in quibus ea sit Amplitudo & Maiestas, que in Cathedrali Leodiensi, tot iam Seculis perennat. Episcopum in singulis reperias, Præpositum, Decanum, Canonicos: sed habet Cathedralis Ecclesia Leodiensis præter hæc omnia, Archidiaconos: neque illos vnum alterumve, vt in alijs videmus: sed omnino septem; quorum  
longè,

longè, ac latè funditur Iurisdic-  
 ctio, & authoritas. Indico obi-  
 ter. Sunt hi Archidiaconi Has-  
 bania, Brabantia, Arduenna,  
 Hannonia, Condrosij, Campi-  
 nia, & Famenna.

Hasbania Archidiacono sub-  
 dita sunt Paroecia 242. Braban-  
 tia, 190. Arduenna, 117. Han-  
 nonia, 111. Condrosij, 145.  
 Campinia, 184. Famenna, 111.  
 Collige in summam vnam, ef-  
 ficies 1100. Penè me præterie-  
 rat octauus Archidiaconus, qui  
 est Urbis ipsius Leodiensis, idem  
 cum Cathedralis Ecclesiae Præ-  
 posito.

Iam, quod non temerè alibi  
 reperias, è Canonicis S. LAM-  
 BERTI, duodecim sunt Abba-  
 tes, quos Seculares vocant. Ij  
 sunt S. Mariae, & D. LAMBER-  
 TI Leodiensis: S. Mariae Tun-  
 grensis:

grens: S. Mariæ Traiecten-  
 sis: S. Mariæ Namurcensis: S.  
 Mariæ & S. Perpetui Dionan-  
 tensis: S. Marię, & S. Rumoldi  
 Mechliniensis: S. Mariæ, & S.  
 Theodardi Tudinensis: S. Ma-  
 riæ, & S. Petri Cennacensis: S.  
 Mariæ, & SS. Harlindis, & Re-  
 nustæ Masekensis: S. Mariæ, &  
 SS. Georgij, & Ode Amanien-  
 sis: S. Mariæ, & S. Hadelini  
 Cellensis quondam, nunc Vise-  
 tensis: S. Mariæ, & S. Petri Al-  
 nensis. Adde aliam dignitatem,  
 nihilo hâc inferiorem: Quòd  
 in S. JAMBERTI Ecclesiâ non  
 tantum est vnus Præpositus: sed  
 quòd septem Canonicoꝝ Col-  
 legiatæ Ecclesiæ neminem Præ-  
 positum habere possunt. nisi ex  
 Cathedralibus Canonicis vnū:  
 vt & aliæ aliquot extra Urbem.

Scio, ex his quædam accisa  
 in

in illâ recente nouorum Episcopatum institutione; de quâ suprâ egi in Roberto à Bergis, Episcopo 87. sed non debet hoc fraudi esse Ecclesiæ Leodiensis Amplitudini, & Maiesitati.

Ad quam hoc etiam accedit, Quòd in solâ S. LAMBERTI Æde sunt Sacella, aut Altaria, ad 40. quòd fundationes sacræ, & quæ dicimus Beneficia, 47. quòd varij sacrorum Administri, plures centum.

Quò minus mirandum, si è tam Nobili Clero, non modo frequentes, ad Episcopatus, & Cardinalatus accersiti: verum & ad summum Summi Pontificatus Apicem euecti. Ex eo enim prodierunt B. Stephanus 9. Nicolaus 2. Urbanus 4. Gregorius 10. Clemens 6. vt Henricum Leodiensem Episcopũ silcam,

F 4                      qui

qui eo nomine Pontificatu maior censeri debet, quòd ad eum magno Purpuratorum Patrum consensu vocatus, maiore gloria reiecit, quàm plerique admittunt, aut ambiunt.

Cum nulla maior sit gloria in Ecclesiâ Catholicâ, quo quis possit conscendere, in hâc destinam Leodiensis Ecclesiæ Maiestatem.

*9. Diuæ Virginis - Matris,  
reliquorumq; Sanctorum  
Cultus perpetuus.*

Qvis de horum Cultu dubitet, qui tot augustissima Tèpla videat, eorum honori dicata? Consule, quæ diximus in Baldrico Episcopo 47. ubi reperies, ab eo vel erecta, vel dotata Tempa B. Virginis, B. Lamberti, B. Bartholomæi, B. Iaco-